



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

**Parisiis, 1644**

Epistola Constantini Ad Probianum, qua petit Ingentium ad se transmitti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15072**

*Epistole quarum supra verbo, Concilium, meminimus.*

ANNO  
CHRISTI  
314.

EPISTOLA CÆCILIANI AD FELICEM.

*Cæcilianus parenti Felici salutem.*

Extat apud  
Baron. ann.  
314. num. 22

CUM Ingentius collega meus Augentianum amicum suum conueniret, & inquisisset anno duouiratus mei an aliqua scriptura legis vestrae secundum sacram legem adusta sunt. \* quam Galatius vnus ex lege vestra publice epistolas saluatorias de basilica protulerit. Opto te, parens carissime, bene valere.

EPISTOLA CONSTANTINI AD  
Probianum, qua petit Ingentium ad se transmitti.

*Imperatores Cæsares, Flavius Constantinus Maximus & Valerius Licinius, ad Probianum proconsulem Africae.*

Extat apud  
August. e-  
pist. 68. &  
Baron. ann.  
314. nu. 30.

ÆLIANVS prædecessor tuus merito, dum vir perfectissimus Verus vicarius præfectorum tunc per Africam vestram incommoda valetudine teneretur, eiusdem partibus functus, inter cetera etiam id negotium, vel inuidiam, quæ de Cæciliano Episcopo Ecclesie Catholice videtur esse commota, ad examen suum atque iussionem credidit esse reuocandam. Etenim cum iam Superium centurionem, & Cæcilianum magistratum Aptungitanorum, & Saturninum excuratorem, & Calibium Iuniorem eiusdem ciuitatis curatorem, atque Solonem seruum publicum suprascriptæ ciuitatis, præsentem esse fecisset, audientiam præbuit competentem: adeo vt cum Cæciliano fuisset obiectum, quod a Felice eidem Episcopatus videretur esse delatus, cui diuinarum scripturarum proditio atque exustio videretur obiecta; innocentem de eo Felicem fuisse constiterit. Denique cum Maximus Vigentium \*, decurionem Ziquensium ciuitatis, epistolam Cæciliani ex diuino iure falsasse contenderet: eundem ipsum Vigentium suspensum actis quæ suberant peruidimus, & ideo minime tortum, quod se decurionem Ziquensium ciuitatis asseuerauerit. Vnde volumus, vt eundem ipsum Vigentium sub idonea prosecutione ad comitatum meum Constantini Augusti mittas; vt illis

\* Ingentium



ANNO  
CHRISTI  
314

qui impræsentiarum agunt, atque diuturnis diebus interpellare non desinunt, audientibus, & coram assistentibus apparere & intimari possit, frustra eos Cæciliano Episcopo invidiam comparare, atque aduersus eum violenter insurgere voluisse. Ita enim fiet, vt ommissis, sicut oportet, eiusmodi contentionibus, populus sine dissensione aliqua religioni propriæ cum debita veneratione deferuiat.

ANCYRANVM CONCILIVM,  
TEMPORE b SILVESTRI PAPÆ I.  
CELEBRATVM.

*Probatum a Leone IV. d. 20. c. de libellis.*

ΚΑΝΟΝΕΣ ΤΩΝ ΕΝ ΑΓΚΥΡΑ ΣΥΝΕΛΘΟΝΤΩΝ  
μακαρίων πατέρων ὁμοῦν ἁγίων πατέρων μὲν εἰσι τῶν ἐν Νικαίᾳ  
ἐκτεθέντων κανόνων, διὰ τὴν αἰτίαν ἣν διὰ τὴν  
οἰκουμένης συνόδου αὐθεντικῶν.

REGVLÆ SANCTORVM PATRVM, QVI  
*Ancyra conuenerunt: quæ quidem Canonibus Nicanis priores sunt,  
sed propter Oecumenicæ Synodi auctoritatem postponuntur.*

GENTIANO HERVETO INTERPRETE.

a.

i.

**Π**ΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥΣ τοὺς  
ἐπιθύσαντας, εἴτα ἐπαναπα-  
λαίσαντας, μήτε ἐκ μεθόδου τινός,  
ἀλλ' ἐξ ἀληθείας, μήτε πρὸς κατα-  
σκευάσαντας ἢ ἐπιτιμώσαντας καὶ  
πέισσαντας, ἵνα διδάξωσι μὲν βασιλεῦσι  
ἰσοβάλλεα, ταύτας ἢ τῶν δοκῶν ἢ  
τῶν γήματι προσερχομένων· τοῖσι ἑ-  
δοξε τῆς μὲν ἑκείνης τῆς καὶ τῶν κατέ-  
δραν μετέχον, προσφέρειν δὲ αὐ-  
τῶν, ἢ ὁμιλεῖν, ἢ ὅλως λειτουργεῖν  
πρὸς ἱερατικῶν λειτουργῶν, μὴ  
ἄξιον.

*Concil. Tom. 2.*

**P**RESBYTEROS, qui sa-  
crificarunt, deinde contra  
reluctati sunt, non fraudulenter  
& infidiose, sed vere, nec hoc  
prius machinati sunt, nec con-  
sulto ac de industria id fecerunt,  
& persuaferunt, vt tormentis sub-  
iici viderentur, cum ea specie &  
opinionē tantum inferrentur: vi-  
sum est eos cathedræ quidem hon-  
oris esse participes, non licere  
autem ipsis offerre, seu sermo-  
nem conferre, vel omnino sa-  
cerdotale aliquod munus obi-  
re.

F ij